



Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

72 Collatio auctoritate ordinaria facta, est magis privilegiata, quam
collatio facta vigore privilegiorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

collatione, electione, presentatione, confirmatione, & institutione, prout cuique competit, tandem sunt suspensi, donec a Summo Pontifice obtinuerint absolutio nem, & beneficia recipientes eisdem poenis subiiciuntur, & qui sic suspensi, conferre, eligere, presentare, confirmare, vel instituere presumunt, excommunicationis, quo ad personas, quod vero ad capitula, & conventus, a divinis suspensionis sententias ipso facto incurunt, a quibus nemo, praeter Romanum Pontificem, excepto mortis articulo, absolvere potest, §. cœterum. & §. qui verò, ead. 58. constit.

69 Nec † parochialibus vacantibus per resignationem Episcopus potest eligere suum familiarem, vel consanguineum, licet in concursu esset magis idoneus, immò, non debent admitti ad concursum propter dictam constitut. Pij V ut alias fuisse judicatum in una causa Paduan testatur sacr. congreg. super eod. c. 18, in decis. sub tit. Cremonen. quæ incipit: Advertendum.

70 † Minusque potest, etiam quod accedit consensus patronorum, beneficium jurispatronatus, quod in fundatione ordinem sacerdotum annexum habeat, aut personalem residentiam requirat, non Sacerdoti, aut alteri, qui residere non possit, conferre, quidquid in contrarium caveatur de jure communi ex sententia Abbatis in cap. cum accessissent, numer. 5. ubi doct. omnes de constitutio, quia concil. Tridentin: statuit quod, quando ex beneficiorum quorumcunque creatione, seu fundatione, aut alijs constitutionibus, qualitates aliqua requiruntur, seu certa illis onera sunt injuncta, in beneficiorum collatione, seu in quacunque alia dispositione eis non derogetur, & aliter facta pro-

visio subreptitia censeatur, ut in cap. 5. de resor. sess 25 & ita super eo. cap. fuit à sacra congreg. conc. decisam, ut in eadē decis. sub. ver. derogatur Nam per hoc decretum fuit jus antiquum reformatum, quia ultima derogant prioribus.

71 Magnus † Magister ordinis Sancti Joannis Hierosolymitani, conventus Prior Ecclesie, aliquique Piores, & Praeceptores ejusdem ordinis, intra limites suarum jurisdictionum sunt veri Ordinarij, ut in Bulla Pij IV. ind. Bull. impref. c. 14 circa fin. vers. & ipsi Magistri.

72 Parim modò † Magnus Magister ordinis Sanctorum Mauriti, & Lazari, conventus; necnon prior Ecclesie, aliquique Piores, & Praeceptores intra limites suarum jurisdictionum, & administrationum veri Ordinarij existunt, ut in Bull. Pij IV. de qua in eo Bull. c. 126. pag. 859. Et ideo provisi ab ipsis de beneficiis, & commendis habent collationem ordinariam, & multo magis est privilegiata collatio auctoritate ordinaria facta, quam collatio facta ab inferioribus collatoribus vigore privilegiorum, 73 quia collatio ordinaria tribuit † titulum coloratum, ex juris dispositione, Lap. alleg. 16. nu. 2. & Osalc. decis. 54 nu. 6. & 7. qui autem habet collationem vigore privilegij tantum, tenetur etiam privilegium verificare, cap. accepimus, de si. l. instrum. c. porrò, capit recepimus, de privileg. auth. de mand. prin. §. deinde, vers. si quis autem, Abb. in d. cap. porrò numer. 1. & Paris. conf. 95. nu. 8. vol. 4.

74 Nam etiam, † vigore statutorum, Magis. Magister ordinis San. Joannis Hierosolymitani regulariter quolibet quinquennio unam commendam cujuslibet Prioratus, & quan. malluerit, conferre potest,

ad eo